

Compensationis, etiam sub nomine spontanei Doni, aut alio quovis modo, vel prætextu, plus aut aliter quam supra præfinitum est, tum dictus Officialis, aut Vicarius ejus, si coram Judice Competente, in Regione ubi crimen admissum est, ejusdem reus & convictus teneatur, Parti læsæ plenam satisfactionem dabit, & etiam juxta Legum præscripta poenâ debitâ afficietur.

VII.

Mercatores, Navarchæ, Naucleri, Nautæ, homines quicunque, Naves, & omnia in universum Mercimonia, & bona Confœderati alterius, ejusque Subditorum, & Incolarum, nullo publico privatoque nomine, vi alicujus Edicti generalis, aut specialis, in Terris, Portubus, Stationibus, Littoribus vel Ditionibus quibuscunque, alterius Fœderati, in Usus publicum, Expeditiones bellicas, aliamve ob causam, multo minus ob Usus cujusquam privatum, apprehendantur, per Arresta detineantur, violentiâ aliquâ, vel ullâ ejusdem specie cogantur, ullâve afficiantur molestiâ vel injuriâ. Porro utriusque partis subditis quidquam aut capere, aut vi extorquere nefas esto, nisi consentiat ille cui competit, ac paratâ pecuniâ persolvatur, quod tamen non intelligen-

Money, or any thing else on account of Right, Dues, Stipend, Exhibition, or Compensation, altho' it be under the name of a free gift, or in any other manner, or under any other pretence, more, or otherwise, than what is prescribed above, in such case the said Officer, or his Deputy, if he be found guilty, and convicted of the same before a competent Judge, in the Country where the Crime was committed, shall give full Satisfaction to the Party that is wronged, and shall likewise be punished according to the Direction of the Laws.

VII.

Merchants, Masters of Ships, Owners, Mariners, Men of all kinds, Ships, and all Merchandizes in general, and Effects of one of the Confederates, and of his Subjects and Inhabitants, shall on no publick or private Account, by virtue of any general or special Edict, be Seized in any the Lands, Ports, Havens, Shores, or Dominions whatsoever of the other Confederate for the Publick Use, for Warlike Expeditions, or for any other Cause, much less for the private use of any one, shall they be detained by Arrests, compelled by Violence, or under any colour thereof, or in any wise Molested or Injured. Moreover it shall be unlawful for the Subjects of both Parties, to take any thing, or to extort it by force, except the Person to whom it belongs consent,

dum